Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

liberasti me a peccatis meis: et eripuisti me de tempe
in quo peccaui: fiat per: et laudem dicam nomini
tuo domine deus noster Lectio e. b. p. a. ad Corinthios
Fratres Omnes: qui nubunt precepta domini non
habeo: de illis autem do tanquam misericordiam ab
eo adeptus ut sim fidelis Existimo ergo hoc bonum
esse propter instantem necessitatem: quia bonum
est homini sic esse Alligatus es uxori: noli
quaerere solutionem Solutus es ab uxore:
noli quaerere uxorem Si autem acceperis uxo
rem non peccasti: et si nupserit virgo non peccat.
Tribulationem tamen carnis habebunt huius
modi Ego autem uobis parco Hoc itaque dico
fratres Tempus breue est: reliquum est: ut et qui
habent uxores: tamquam non habentes sint: et
qui flent: tamquam non flentes: et qui gaudet
tamquam non gaudentes: et qui emunt: tanquam
non possidentes: et qui utuntur hoc mundo:
tamquam non utantur Praeterit enim figura huius
mundi Volo autem uos sine sollicitudine esse
Qui sine uxore est sollicitus est quae domini
sunt: quomodo placeat deo: qui autem cum
uxore est: sollicitus est quae sunt mundi. quo
modo placeat uxori: et diuisus est Et mu
lier innupta et uirgo: cogitat quae sunt do
mini: ut sit sancta et corpore et spiritu: in
christo iesu domino nostro Ad Corinthios
Fratres Qui gloriatur in domino glorie
tur Non enim qui se ipsum commendat ille
probatus est: sed quem deus commendat
Vtinam sustineretis modicum quid insipi